



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

De speciebus luxuriæ, quæ sunt, fornicatio, adulterium, inceſtus,
stuprum, raptus, & peccatum contra naturam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

AD SEPTIMUM dicendum, qd in peccato primi parentis gula fuit materiale. sed formale fuit principale peccatum superbia, quo homo noluit sub regu le diuini p[re]cepti contineri. & ex hoc sublecuta est rebellio carnis ad spiritum, vt Aug. dicit 14. de ciuit. Dei, non autem ex vito gula.

AD OCTAVUM dicendum, qd rebellio carnis ad spiritum, quæ maxime sentitur in genitalibus m[em]bris, maior p[en]a est quam elurios & sitis: quia ista est pure corporalis, illa est spiritualis.

AD NONVM dicendum, qd cū ad r[ati]onem pertineat consentire ad actū, sicut Aug. dicit 12. de Trini. nō p[ot]t esse actus fornicationis absq[ue] r[ati]onis. deliberatione, nisi forte in eo qui v[er]um r[ati]ōis nō h[ab]et. & tūc si hoc impedimentum proueniat ex causa illicita, non omnino excusatur a peccato, sicut patet de Loth qui ex ebrietate commisit incestū, nisi forte ebrietas illa contingeret ab aliis; peccato illius: sicut & in Noe accidit propter inesperienza[m] fortitudinis vini. Si autē causa huiusmodi defectus sit absq[ue] culpa, sic actus sequens luxuriæ uel cuiuscunq[ue] peccati, non imputatur ad peccatum, sicut patet in furiosis & amentibus.

AD X. dicendum, qd in ipso actu luxuriæ ratio deliberate non p[ot]t: sed potuit ante deliberare cū consensit in actum, & ideo imputatur ei ad peccatum.

AD XI. dicendum, qd licet illa corrupta est. Nō enim debet dici quoru uenialis est turpitudō: sed quorum turpitudō est uenialis.

AD XII. dicendum, qd actus generationis ordinatur ad bonū speciei, quod est bonum cōmune. Bonū autem cōmune est ordinabile lege: sed bonum priuatum lubiacet ordinationi vnuscuiusq[ue], & ideo quāuis in actu nutritiæ uirtutis, que ordinatur ad cōseruationē indiuidui, vnusquisq[ue] possit sibi determinare cibum conuenientē sibi. tamē determinare qualis debeat esse generationis actus nō pertinet ad vnūquemq[ue]: sed ad leg[is]latores, cuius est ordinare de propagatione filiorū, ut & Phil. dicit in 2. Polit. lex autem nō cōsiderat quid in aliquo casu accidere possit: sed quid conuenienter esse cōsequitur. & ideo licet in aliquo casu possit saluari intentio naturæ in actu fornicario quantū ad generationē prolis & educationis: nihilominus actus est secūdū se inordinatus, & peccatū mortale.

AD XIII. dicendum, qd in statu in quo erat n[ati]uitas multiplicationi humani generis non erat absq[ue] uitio, qd aliquis ab actu generationis abstineret, tam secundum legem humanā q̄ secundum legem diuinā: sed t[em]p[or]e gratiæ debet insistere magis ad spirituale[m] propagationem, ad quam magis apti sunt celiibem uiragētes. & ideo in hoc statu uirtuosus reputatur ab actu generationis abstinere.

AD XIV. dicendum, qd lex cōis datur, non s[ed] p[ar]ticularia accidentia: sed s[ed] cōm[un]i cōsiderationē. & ideo d[icitu]r actus ille esse contra naturam in genere luxuriæ, ex quo non potest sequi generatio s[ed] cōm[un]em speciem actus: non autem ille ex quo non potest sequi propter aliquod particulare accidēs, sicut est senectus uel infirmitas.

AD XV. dicendum, qd r[ati]ō illa procedit de actu luxuriæ, in quo est uitio p[ro]p[ter] solam inordinationē concupiscentiæ: q̄ t[ame]n non excludit ordinem ultimi finis.

AD XVI. dicendum, qd cōsensus in id, qd est ueniale in genere suo, non est peccatū mortale. Delectatio autē fornicationis cogitatur est peccatū mortale ex g[en]e suo, sicut & ipsa fornicatio: sed qd sit ueniale

le, hoc est per accidens, propter imperfectionem actus deficiente deliberatione r[ati]onis, qua adueniente per cōsensum deliberatum redit ad naturam sui generis, vt sit peccatū mortale.

AD XVII. dicendum, quōd sicut Phil. dicit in 10. Eth. delectationes in bonitate & malitia cōsequuntur operationes delectabiles. & ideo sicut carnalis commissio nō est peccatū mortale coniugato, est autem peccatū mortale non coniugato: similis etiam differentia est de delectatione, & de cōsensu in delectationem. Non enim potest esse grauius peccatū cōsensus in delectationem, quā cōsensus in actum, vt patet per Aug. 12. de Trinita.

AD XVIII. dicendum, quōd tactus, amplexus, & oscula in quantum ordinantur ad actum fornicationis, consequuntur cōsensum: in quantum autem ordinantur ad solam delectationem, consequuntur cōsensum in delectatione, qui est peccatū mortale. & ideo utroque modo sunt peccata mortalia, quia cum huiusmodi non sint secundum speciem suam peccata mortalia, sicut fornicatio & adulterium: sed solum secundum qd ordinantur ad aliud, id est, ad cōsensum p[re]dictos, ideo Ap[osto]l[us] non reiterauit de turpitudine & scurrilitate & stultitio: sed solum de illis quæ sunt secundum se peccata mortalia.

ARTICVLVS III.

Quæ & quæ sint luxuriæ species.

TERTIO quaeritur de speciebus luxuriæ, quæ sunt fornicatio, adulterium, incestus, stuprū, raptus, & uirtium contra naturam. & uidetur qd inconuenienter distinguantur. Diuersitas enim materiæ non diuersificat speciem: sed p[re]dicta nō distinguuntur nisi secundum materiam, prout si aliquis poluit, uel coniugatam, uel uirginem uel alterius conditionis mulierem. ergo p[re]dicta non sunt diuersæ species luxuriæ.

¶ 1. P[re]t. Luxuria per se cōsistit circa delectationes uereas, quæ sunt in cōmissione maris & femine sed quōd femina sit cōiugata, uel soluta, uel uirgo, hoc accidit ei. ergo p[re]dicta non differunt nisi per accidens, & si non sunt diuersæ species, cum differentia per accidens non diuersificet speciem.

¶ 2. P[re]t. Luxuria per se opponitur temperantiæ: sed aliqua p[re]dictorum opponuntur iustitiæ, p[re]cipue adulterium, & raptus, ergo uidetur quōd inconuenienter ponantur species luxuriæ.

SED CONTRA est, quōd Magister in 4. sentent. has species assignat.

RESPON. Dicendum, quōd sicut supra dictum est, peccatū luxuriæ dupliciter habet inordinationē. Vno quidem modo ex parte concupiscentiæ, & talis inordinatio non semper facit peccatū mortale alio modo ex parte ipsius actus, qui de se est inordinatus, & sic semper est peccatū mortale. & ideo ex hac parte, ex qua est maior grauitas peccati, sumuntur species p[re]dictæ luxuriæ. Est autem actus luxuriæ inordinatus, aut ex hoc quōd nō potest sequi ex actu generatio prolis, & sic est uitium contra naturam: aut ex eo quōd non potest sequi debita educatio, quia scilicet mulier non est determinata uiro, ut sit sua secundum legem matrimonij. & hoc quidem contingit tripliciter. Primo, quia simpliciter non est determinata ut sit sua, & sic est fornicatio, quæ est concubitus soluti cum soluta. & dicitur a fornice, id est ab arce triumphali, quia ad huiusmodi spectacula conueniebant mulieres, quæ se prostitu-

Lib. 10. c. 4. & 5. tom. 5.

Lib. 12. c. 29. tom. 1.

Li. 4. sen. dist. 41. Art. 1. & 2. p[re]ced.

De quibus in 1. arg.

prostituebant. Secundo, quia non est determinabilis, & hoc vel propter propinquitatem, ex qua reuerentia quadam debetur cōtraria tali actui, & sic est incestus, qui est concubitus cum consanguinea vel affini: aut propter aliquam sanctitatē, vel puritatē, & sic est stuprum quē est illicita defloratio virginū. Tertio, quia mulier est alterius, vel secundum legē matrimonij, & sic est adulterium, vel secundum aliquem alium modum, & sic est raptus, puta, cū puella rapitur de domo patris, cuius curā subiacet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod prædicta sex non differunt solum materialiter: sed etiam habent diuersas rationes deformitatis, & ideo sunt diuersæ species peccati.

Posita in ar gum. 1.

AD SECVNDVM dicendum, quod licet prædicta accidant mulieri in quantum est mulier: per se tamē considerantur in muliere secundum quod ad matrimonium ordinatur.

AD TERTIVM dicendum, quod quia deformitas iniustitiæ ordinatur ad finem intemperantiæ: ideo totum ad genus intemperantiæ pertinet.

D. 84.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum luxuria sit vitium capitale.

QVARTO queritur, vtrum luxuria sit vitium capitale. Et videtur quod non. Immunditia enim ponitur filia gulæ secundum Greg. 31. Moralium: sed vni vitium capitale non ponitur filia alterius. cum ergo immunditia ad luxuriam pertineat, ut patet ad Ephe. 6. videtur, quod luxuria non sit vitium capitale.

Lib. 31. c. 31. in antiquis exemplarib. in nouis vero c. 17. Lib. 2. c. 38.

¶ 2. Præter illud dicit in lib. de Summo bono, Qui detinetur superbia labitur in carnis luxuriam. ergo luxuria est filia superbiæ. non ergo est vitium capitale. ¶ 3. Præter Desperatio est filia accidię, ut patet per Greg. 31. Moral. Sed desperatio causat luxuriam, secundum illud Ephe. 4. Qui desperantes seipsos, tradiderunt se impudiciæ: ergo luxuria non est vitium capitale.

Lib. 31. c. 31. in antiquis exemplari. in nouis ca. 17. Lib. 31. c. 31. in antiquis exemplari. in nouis vero c. 17. Q. præced. ar. 4.

SED CONTRA est, quod Greg. 31. Moral. ponit luxuriam inter vitia capitalia.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, quia delectatio est vna de conditionibus felicitatis, inde est quod vitia, quæ habent delectationem pro obiecto, sunt capitalia, utpote habentes finem maxime appetibilem, ad quem alia nata sunt ordinari. delectatio autem venereorū, quæ est finis luxuriæ est maxima inter delectationes corporales: & ideo luxuria debet poni vitium capitale, & sunt octo filia eius, videlicet cæcitas mentis, inconsideratio, inconstancia, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectus, scilicet præsentis sæculi, & desperatio futuri, ut patet per Greg. 31. Moralium. Manifestum est enim, quod quando intentio animæ vehementer applicatur ad actum inferioris potentiæ, quod superiores potentiæ debilitantur & deordinantur in suo actu. & ideo quando in actu luxuriæ propter uehementiā delectationis tota intentio animæ attrahitur ad inferiores vires, id est ad concupisibilem, & ad sensum tactus, necesse est quod superiores, scilicet ratio & voluntas defectum patiantur. Sunt autem quatuor actus rationis secundum quod dirigit humanos actus, quorum primus est intellectus quidā, quo aliquis recte existimat de fine, qui est sicut principium in operatiuis, ut Phil. dicit in 2. Phyl. & in quantum hoc impeditur ponitur filia luxuriæ; cæcitas mentis secundum illud Dav. 13. Species deceptit te, & concupiscentia subuerit cor tuum. Secundus actus est consilium de agendis, quod per concupiscentiam tollitur, Dicit enim Terentius in Eunucho, Quæ

Lib. 11. c. 31. in antiquis exemplari. in nouis vero c. 17. D. 199.

Lib. 1. c. 39. tom. 2.

In Eunucho parū a prin.

Quæ res in se neque consilium, neque modum ullum, eam consilio regere non potes. & loquitur amore libidinoso. & quantum ad hoc ponitur in consideratio. Tertius actus est iudiciū de agendis, & hoc etiam impeditur per luxuriam. Dicitur in Dan. quod auerterunt sensum suum ut non recorderent iudiciorum iustorum. & quantum ad hoc ponitur concupitatio, dum, si homo inclinatur ad concupiscentiam, incipitanter non expectato iudicio rationis. Quartus actus est præceptū de agendo, quod etiam impeditur per luxuriam, in quantum homo non persequitur eo quod diuidi dicitur, sicut etiam Terentius dicit in Eunucho, Hęc verba, quę s. dicitis, te recessurum ab ea, una salta lachrymula refringeret. & quantum ad hoc ponitur inconstancia. Ex parte vero intentionis affectus duo sunt consideranda, quorum vnum est appetitus delectationis, in quem fertur uoluntatis ut in finem: & quantum ad hoc ponitur amor, dum, si inordinate sibi appetit delectationem, hoc est delectationem concupitam. Aliud vero est appetit eorum, per quæ consequetur quis hunc finem, quantum ad hoc ponitur affectus præsentis seculi, id est omnium eorum, per quæ ad finem intentionis peruenit, quæ ad sæculum istud pertinent: & hoc ponitur desperatio futuri sæculi, quæ, quæ in his affectat carnales delectationes, magis incit spirituales.

G

AD PRIMVM ergo dicendum, quod immunditas ponitur filia gulæ secundum quod causatur pollutionis ex causa corporali. i. ex abundantia humorum non autem ex causa animali, scilicet ex concupiscentia, quæ præcipue pertinet ad luxuriam.

H

AD SECVNDVM dicendum, quod non est concupiscentia vitij capitalis, quod ex superbia, concupiscentia omnia oriuntur.

AD TERTIVM dicendum, quod desperatio est luxuriæ per accidens, sicut remouens spiritum beatitudinis, propter quā a luxuria aliqui desunt.

I

Origo autem capitalium vitiorum non est luxuria, sed concupiscentia per se.

QVAESTIO XVI. De demonibus.

¶ Primo enim queritur, vtrum demones sint corpora naturaliter sibi unita.

¶ Secundo, Vtrum demones sint naturæ voluntate.

¶ Tertio, Vtrum diabolus appetit acquirere diuinam.

¶ Quarto, Vtrum diabolus peccare potest in momento instanti suæ creationis.

¶ Quinto, Vtrum liberum arbitrium in demone possit redire ad bonum.

¶ Sexto, Vtrum intellectus demonis sit obiectus, ut in eum cadat error.

¶ Septimo, Vtrum demones cognoscant sensum.

¶ Octauo, Vtrum demones cognoscant corpora localiter.

¶ Nono, vtrum demones possint transmutare corpus.

¶ Decimo, Vtrum demones possint mouere corpora localiter.

¶ Undecimo, Vtrum possint immutare sensum.

¶ Duodecimo, Vtrum possint immutare intellectum.